

perator rotundum templum extruxit, ubi plurima facta sunt miracula. H. Serm. 2. fol. 18.

Manica B. V. Forolivi in templo S. J. ex Ducatu Branyfvincensi illuc allata. H. 2. fol. 34.

Annulus, quo B. V. a S. Josepho fuit deponſata, aſſervatur Peruſi in Italia, ibique miraculoſe claret, præſertim ad partus facilitatem, & ad componentium conjugum animos valet. Bagatta Lib. 5. c. 3. §. 4. n. 1.

## DE CULTU B. V.

## 17. Liberat peccatorem ab interita.

**A**biathar a Salomone fuiſſet damnatus ad mortem, niſi in humeris poſtaſſet arcam Domini. Ubi Oſorius: Ita multi ad infernum jam eſſent detrufi, niſi hanc portafſent arcam in corde ſuo. B. Serm. 48. n. 35.

Quidam Mexicanus, ob indignam communionis & aliorum ſcelerum conſcientiam in deſperationem delapſus, latrociniiſ ſe dedit. Aliquando in ſilva errantem puellam occupavit, eamque honore ac vita exere conſtituit. Miſera in his anguſtiis roſarium extrahit, & per Mariam nomen miſericordiam orat. Latro audit hoc nomine parci puella, dein repente ardentiffima contritione inflammatus confeſſionem facit, & ſalutem confequitur. R. cent. 3. p. 2. mir. 25.

Hinc Cultus Beatiffimæ eſt ſignum prædeſtinationis. Sicut certiffimum impietatis, & reprobationis ſignum eſt, cultum Mariæ impedit, aut obſcuret: ita, ait S. Bernardus, *Corriſum ſignum, nos eſſe cum J. Michæle, & Angelis eius, eſt illud, præliari adverſus eos, qui dignitatem Mariæ diminuant aut extenuant.* H. Serm. 1. in Exord. Beatiffima Virgo dixit B. Alano: Recitare cum gultu, & devotione Angelicam ſalutationem, eſt ſignum æternæ prædeſtinationis. *Kifeliuſ. f. 193. in Fav. N. 9. Jul. Erc.*

Peregrinus Viator in regione incognita ſubito intempeſta nocte obruitur: in cæca hac caligine neſcit, quo vadat! Audit ſibiſa latronum, ululatus luporum, rugitus leonum, & in nubibus tonitrua. Quid agit? lamentatur, ingemifcit, deſperat. Verum ecce! ſubito argenteam lunam oriri videt, quæ regionem ita illuminat, ut viam proſequi, & ad terminum pertinere poſſit. Peccator lumine gratiæ orbatus in tenebris ambulans, non habet, in quo ſperet, niſi lunam Mariam: hac opitulante, viam ad patriam invenit &c.

## 18. Se ſolo non prodeſt ſine poenitentia.

Cum Chriſtus Dominus de cruce Matrem ſuam Joanni commendavit, *Ecce Mater tua*, non cum nomine compellavit: imo etiam Sanctus Evangelista tantum ait: *Deinde dicit Diſcipulo*, cur non nomine vocat? reſpondet Oſorius: Quia qui Mariam Matrem habere vult, diſcipulus Chriſti eſſe debet. *Non cum nomine proprio appellat, ſed generali vocabulo diſcipulum dicit, quia in quantum diſcipulus, filius eſt Mariæ.* B. Serm. 48. n. 36.

Beatiffima Virgo vocatur ſpeculum: ſpeculum non repræſentat vocem, ſed motum: hinc ſola invocato B. V. nihil prodeſt, niſi accedant opera emendationis. B. Serm. 67. n. 20. Et Serm. 71. n. 13.

Sunt aliqui ex Chriſtianis, qui putant, ſi conſiderant B. V. nomen dedit, ſi eam certo cultu aut jejunio venerentur, ſi non poſſe perire: ſed plane deceptio eſt: Judai Jeruſolymitani temere confidebant in templo ſuo, ſed a Jeremia Propheta moniti ſunt: *Nolite confidere in Jerem. 2. verbis mendacii dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Urbs deinde non obſtante templo everſa eſt. Beata Virgo dicitur *templum Domini, ſacrarium Spiritus Sancti*: verum nolite temere confidere, advocata quidem peccatorum, ſed non impetentium eſt. Paciuch. in Cant. B. V. Excit. 19. n. 10.

S. Bernardus ait: In anguſtiis, in rebus dubiis Mariam invoca: *Et ut impetres ejus orationis ſuffragia, non deſeras ſuæ conſolationis exemplum.*

## 19. B. V. vult in ſuis imaginibus honorari.

Bitezzæ Statuum B. V. magni ponderis, nempe duodecim centenariorum, ex templo ardente unus homo ſuis humeris exportat. H. 2. fol. 23. c. 1.

Gignaci in Gallia B. V. cæcum orantem ſubito illuminavit, etique percepit, ut hoc prodigio teſte, diceret Magiſtratuſ, ſe in hoc loco in ſua Statua velle honorari. *Edificatum eſt templum, cuiusque urbs ſumptibus par non eſt, in partem venit Joannes Cardinalis ſit. SS. Nerei & Achillei. H. 2. fol. 24.*

Lugduni haud procul ab urbe Statua prodigioſa eſt B. V. que nudo a Nativitate loquelam dedit. *Vovit ille, quæ ſingulis annis B. V. in hac Statua viſitare & honorare velit: quotquot ergo diebus*

duo-

diutius promiffum diſtulit, tot ſemper diebus mutus fuit. H. 2. fol. 25.

Monte Leonis, oppido Galliæ apparuit B. V. puella oculos ad paſcua educenſi, dicens: *Vade ad patrem, & dic illi, ut oppidanis referat, velle me, ut in hoc loco mihi templum extruant.* Ivit puella, ivit pater, ſed pro reſponſo riſum retulit. Interim puella illa abiens rogavit B. V. ut interea temporis oculos, & panem, quem nigrum habebat, curaret. *Cum ergo Deiparæ reſponſum oppidanorum retulit, illa puella panem reſtituit, ſed candiſſimum. Hoc ſigno pater commovit oppidanos, extruendum eſt templum.* H. 2. fol. 26.

Pientiffimus Rex Arragoniæ Jacobus Beatiffimæ Virginis honori duo templorum millia ædificavit. N. 27. Jul.

Deipara Virgo B. Lidvina ſertum de celo aſſert, præcipitque ut illud quod erat miſiſſet odoris, ſuæ imagini in Eccleſia imponeretur. Bagatta L. 6. c. 2. §. 1. n. 5.

## 20. Utiliffimus ad imperanda quævis dona.

Turris David mille pendentes habebat clypeos: S. Ambr. legit, mille oſtia, ut colligas, quam facilis ſit aditus: turres mundi tantum unicum oſtium, & clauſum habent, aliter perſugium ad Mariam: devoto iſta oſtium eſt, corona oſtium eſt, officium oſtium eſt &c. S. punct. 131. fol. 407.

S. Anſelmus ait: *Nihil utilius poſt Deum memoria Matris eius, nihil ſubtilius ejus cultu, nihil fructuoſius ejus invocatione; Ideo namque Filius ejus ipſam in celeſtibus regni exaltavit... ut Chriſti in terris reliſſe militanti Eccleſiæ & fidelibus omnibus opemque exhiberet.* H. Ser. 9. f. 75.

Mirabilis eſt virtus lapidum ſeu unio-  
nium. Lapis ſelenites, viridis coloris, in medio habet imaginem lunæ, candido colore depiſtam, quæ creſcente luna cre-  
ſcit, & decreſcente decreſcit: illud autem mirum, quod phyſicis, in quibus humor vitalis deficere videtur, plurimum proſit, eoſque conſervet. Sic devoto erga Beatiffimam aridis peccatoribus novum fuccum & vigorem ſubminiſtrat; illa enim pulchra eſt ut luna. H. Serm. 20. fol. 199.

B. V. ſervos ſuos veſtit duplicibus; quæ illis in hac vita gratiam, in altera autem ſpectabilem gloriam impetrat, vi cuius illi, qui B. V. in hac vita ſingulariter ſervierunt, peculiari gloriæ veſte,

velut famuli Reginz diſcriminabuntur. C. in Prov. 31. v. 21.

## 21. Deo &amp; B. V. eſt gratiffimus.

Cum S. Ildeſonſus Epicoſopus Tolentanſis ſepulchrum S. Leocadiæ veneretur, Sancta & ſepulcro viſibilis prodit, illicque gratos retulit, quod B. V. honorem contra hæreticos ſtrenue defenderet. Cum Sancta ad tumulum redire vellet, Ildeſonſus patrem e velo capitis illius abſcidiſ, quæ hodieſum Toleti in memoriam miraculi aſſervatur. R. cent. 2. part. 2. mir. 6.

S. Bernardus ait: *Totius medullis corporis... & votis omnibus Mariam venero, quia ſic eſt voluntas ejus, qui totum ſu-  
mor; quia ſic eſt voluntas ejus, qui totum ſu-  
nor habere voluit per Mariam.* H. Serm. 28. fol. 277.

Cultus Beatiffimæ Matris redundat in Filium: ita expreſſe Rupertus Tuſcanenſis: *Totius honor impentus Mariæ ſine dubio redundat in gloriam Filii; qui enim dixit, Honora Patrem tuum & Matrem tuam, non dubium, quin & ipſemet honoret, & ab omnibus amicus ſuis, ſuam*

Principes a teneris Mariam ardentiffime amavit. In eius honorem hymnum compoſuit, quem quotidie recitavit. Unde in Sandonum numerum relatus, in reſtibus a Deo honoratus eſt. Corpus ejus incorruptum, una cum hymno illo poſt plurimos annos re-  
pertum fuit. H. Serm. 26. fol. 258.

S. Stanislaus Epicoſopus tenerime amans Mariam, & tenerime amatus a Maria

H. Serm. 26. fol. 258.

S. Hedvigiſ cum leucula B. V. quam ſemper ſecum gellabat, mira patræ. S. Cunigunda vix nata carmen Ave Regina colorum cantat. H. Ibi.

S. Henricus Imp. in quacunque urbem veniret, primam noctem in illa æde orando conſumpſit, quam B. V. ſacram eſſe intellexit. Eccleſiam Cathedralem Bambergentem B. V. ædificavit. Unde in apſo Macrimonio prodigium Virginis caſtitatis fuit. H. Serm. 27. fol. 268.

S. Stephanus Hungariæ Rex univerſum Regnum Virginis tutelæ conſignavit, eique Albe inſignem Baſilicam ædificavit. H. Serm. 27. fol. 268.

S. Eleazarus Comes a teneris Mariam patronam elegit, & quotidie ſe ejus patrocinio commendavit. Hinc Chriſtus Nutrici Garſendæ dixit: *Hoc juveni, pro quo oras, Matrem meam dedit Magiſtrum, nihil de illo dubites.* H. Serm. 27. fol. 270.

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

H. 2. Ho-

Honor Beatissimæ Virginis redundat in Filium: Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filii patris sine honore. Sicut gaudemus parentes nostros honorari, ita agerime ferimus eorum contemptum. Hinc venerationem parentum, quam natura tantopere impressit, etiam præcepto confirmavit Deus: Honora Patrem tuum & Matrem tuam. Quomodo autem Christus dicitur honorare Matrem suam, si nollet eam a nobis honorari? Henr. Scherer Atlas Mar. in Proemio.

Sochus Eremita, quoties ad loca sacra visenda exibat, Statua B. V. quam in sua specu habebat, semper cereum accendit. Reverfus semper cereum ardentem, nec in minimo consumptum invenit. H. fol. 7. c. 1.

Beatissima Virgo VVilhelmo Abbati Viconteni, cum illi templum edificare cogitaret, ipsa ideam edificandi templi tradidit. N. 14. Arg.

22. Si deficiat est signum pessimum reprobationis.

Holofernes Bethuliam obsessurus iussit aquaductus & canales incendi, sperans, sic facillime posse expugnari urbem. Sic diabolus facit: cum devotionem erga B. V. nobis eripit, sperat, quod in omne genus flagitiorum nos precipites agere, & in infernum detrahere possit. H. Ser. 28. foli 275.

Sicut ramus, qui fœtetur radicis non attrahit, exarefcit; ite Christianus, in cuius pectore devotio, & amor Virginis extinguatur. H. Ser. 28. foli 279.

Hierosolymis in monte Olivarum pius Eremicola imaginem B. V. colebat. Hic cum gravissimis tentationibus molestaretur, apparuit illi demou, promissisque, quod illi porro molestus esse non vellet, si imaginem Deiparæ e suo cella deponeret. Eremicola demonis fraudem exploravit. Ecce! demou fatigat impedire cultum Deiparæ. H. 2. fol. 6. c. 2.

Sodalitas Marianus declinavit: conventum recreationis causa, monitus a consensuale ut secum pergeret ad congregationem, reposuit: Non tenor! perrexit ergo piscatum: Et ecce! in cymbula qua venchatur fluctuari, & de submersione: periclitari cepit. Clamavit ergo in calum: O Maria adjuva me! Et ex aere vocem audivit: Non tenor! Sic clamabant frustra in morte, qui in cultu Maræ deficiunt.

Nullus est, ait. S. Germanus, qui sal-

vus fiat, nisi per te O Sanctissima! Non autem gratis B. V. hoc tantum obsequium cuiquam impendit!

Zona Diti. Para.

23. Prodest in casibus adversis.

Haud procul ab Urbe Rhemensi solebant ex proximis villis agricolæ annuatim post Pascha publica supplicatione in urbem venire, & ibi Beatam Virginem pro incremento & incolumitate fructum in sua prodigiosa imagine invocare: & horum agrî & vineæ semper fructificaverunt. Econtra alii, in proximis villis hanc devotionem neglexerunt, & horum agrî, & vineæ: toties quoties grandinibus obrute sunt. Bagatta I. 3. c. 2. §. 1. n. 18.

Navigabant in Anglico mari quidam cum Reliquiis B. V. cum subito viderunt piratas sibi imminentes: Presbyter unus assumens facra Lipsana in locum navis superiorem ascendit, cum ibi crucem contra hostem format, & ecce! subito exortus est ventus contrarius, qui piratas cum sua navi procul abripuit. Fractus etiam malus navigii unum ex illis in mare excussit. Bagatta I. 3. c. 7. §. 1. n. 37.

Cum in Hispania agrî & vineæ infolita siccitate exurentur, & populus in ea afflictione imaginem B. V. quam Hispanus quidam ex regno Chilensis secum attulerat, solemnî supplicatione circumtulit, Et ecce! mox collectæ cali nubes salutiferum imbrem effuderunt. Bagatta I. 3. c. 2. §. 1. n. 36.

24. Debit esse ardens & zelosus.

Beatus Hermannus ardentissime amabat Virginem, cum autem ad officium sacristiæ adhiberetur, ob negotia cepit solitas devotiones immingere. Et ecce! Beata Virgo obsoleto habitu in specie vilis anus ei apparuit, exprobravit ei tepiditatem, & dixit, quod in eius corde olim quidam fuerit speciosus, nunc autem adeo, uti cerneret, deformis. R. cent. 2. part. 2. mir. 37.

Cum Thomas de Kempis sua pietatis exercitia negligenter persolveret, B. V. illi in somnis apparuit, beneque omnibus Canonici precata est, quam gratiam cum ille etiam expectaret, vidit B. Virginem transire, & sibi trahere. Illa toporem illi exprobravit, cohortata, ut deinceps majori studio se coleret. N. 25. Jul.

Juvat hic aliquot schemata Cultus Marianæ annexere.

SCHEMA.

SCHEMA.

Cultus quotidiani.

1. **O**mnidie propositum concipere amandi B. V. tanque Formula Votiva singulis diebus in Matrem eligere. Exemplo Berchmanni, qui quotidie Formulam renovavit, & inter alia scriptum reliquit: *Adhuc me sæpe in his aëlibus, velle me amare B. Virginem. Ceparius in vita.*

2. **H**oris singulis eam verbis Archangelî Gabrielis, vel alitî salutare. Adeo accepta erat Virgini devotio, qua Alphonsus Rodriguez singulis horis B. V. salutabat, ut de nocte eum in finem illum Virgo excitaret. *In vita. S. Xaverius fape de die dicebat. Mater Dei momento mihi.*

3. **Q**uotidie Rosarium devote recitare. Quidam Religiosus a plebe, cui quotidianam Rosarii recitationem sæpe inculcabat, *Jacobus de Corona* nuncupatus, visisset recta in Cælum evolare, Beatorum Corona stipatus, ea præcipue de causa, quia Expissime Corollam Marianam decurabat. *Pinnamonti in Conf. de corde Maricæ.*

4. **Q**uotidie Officium B. V. minus, vel etiam majus devote recitare. S. Carolus Borromeus licet plurimis occuparetur negotiis, tamen singulis diebus Officium majus, & semper flexis genibus recitabat. *In vita.*

5. **M**ane & noctu ante somnum a Dei parente materiam petere Benedictionem. Exemplo B. Stanislai, & Berchmanni. Formulam suggerit S. Ignatius Martyr his verbis. *Mater vera Salvatoris, Mater adoptiva peccatoris in gremio Materno pietatis tue claude me. S. Edmundus in lecto ante somnum nomina JESU & MARIE in fronte digito signabat.*

6. **A**d signum salutarioris Angelicæ devotio orare. Joannes Ximenius, cum ingens faxum per declivem pontem volveret, audito salutationis Angelicæ signo omnibus, uti solebat, ommissis, Virginem salutavit, faxea interim mole immota, & in aere suspensa. *In vita.*

7. **I**n actionibus quotidianis post Deum nihil aliud spectare, quam honorem B. V. & actiones omnes per eandem DEO offerre. Cujusdam Studiosi anima in sinu Deiparæ, specie candidissime Columbe visa est recta ad cælum tendere, quod omnes actiones suas secundum Deum, & Dei Parentem retulisset. *Pinnamonti.*

8. **C**oronam B. V. in collo, vel brachio gestare. Marianum Rosarium non tantum

D. Claus Spicil. univ. Pars I.

pro armilla, sed etiam pro torque Berchmanno fuit, nam fommam capere amabat Rosario circum brachium convoluta, & ultimis vitæ diebus suspensum & collo torquis instar portavit. *Ceparius in vita.*

9. **I**maginem Deiparæ secum ferre. Ferdinandus Marchio Lauretanæ Virginis effigiem, ex argento expressam, perpetuo suspensam gestavit & collo, seu miraculi monumentum, seu vitæ præsidium. *Tursellinus in Hist. Laur. l. 2. c. 7.*

10. **C**onfalsus Martyr S. J. imagines Deiparæ, in quas forte incidere, demissis oculis, capitis inflexione, flexis etiam non raro genibus venerabatur. *Godingus in vita. S. Bernardus, imaginem Virginis cernens, dicere solebat: Ave Maria, cui illa aliquando respondit: Ave Bernarde.*

11. **D**omi ad Pulpitum, mensam, aut oratorium assignere imaginem Deiparæ. S. Edmundus Archiep. Cantuar. cum libris operam daret, eburneam Deiparæ imaginem ante se habebat, ut cum lectione preces ad eam conjungeret. *In vita.*

12. **I**n ingressu, & egressu domus, aut cubicii Deiparam salutare. Exemplo B. Stanislai. Quod ipsum faciendum monet Landspargius, *Rediens ad cellam, inquit, passis per subsiste ad imaginem B. Virginis; cellam ingressus, primum sit, ut in Oratorio procedas, B. V. salutaveris. Landsp. de ratione vir.*

13. **E** cubili salutare B. V. B. Stanislai e cubili suo, facie ad hiesciam B. Virginis conversa flexo poplite optinæ voluntatis desiderio magnæ Matri obsequia sua transmebat, quæ corporeis passibus deferre non poterat. *Segneri in libello Devotus Maricæ.*

14. **I**magines Deiparæ frequenter, reverenter, & amanter osculari. S. Bernardinus Senen. adolescens Virginis iconi, quæ Senis intra diem oscula libabat. *Sorius in ejus vita. Decies, uti duodecies intra diem imaginem B. V. parieti affixam osculabatur Berchmannus. Cepari in vita.*

15. **C**onfessioniam quotidie, uti præcipiunt leges Marianæ, diligenter examinare. Studium examinandi conscientiam quam gratum sit Virgini, hinc diste. Cuidam Sodalitæ Monacensi, sollicite se examinanti, celsitus pagellam demisit, cui peccatum quoddam occultum erat inscriptum. *Ann. Mon.*

16. **I**n negotiis, majoris præsertim momenti, semper ad Virginem recurrere. Catharina Suecica super majoris momenti negotio consultata, priusquam mentem suam ex-

H 3

PO.

poneret, flexis genibus B.V. semper invocabat. Pinnamonti in *Confid.* Suarium in difficillimis questionibus ad MARIAM recurrerat. In *vita.*

17. *Singulis diebus invocare B. V. ad impetrandam bonam mortem.* S. Joannes de Deo, cum morti proximus ad B. V. recurreret, vidit eam lecto adstantem, & abgentem e fronte mortis sudorem, istaque verba percepit: *Mate animo Joannes, nunquam desera Clientes meos in hora mortis.* Pinnamonti.

18. *Quotidie recitare quinque Psalmos, quarum initiales littere expriment nomen MARIE, nimirum Magnificat, Ad Dominum, Retribue, In convertendo, Ad te Domine.* B. Jofcio singulis diebus hos Psalmos recitabat: hinc post eius obitum dicit Rosa ex oculis, totidem ex auribus, una ex ore germinavit, quamque liber expressam habebat litteram nominis MARIE. Pinnamonti.

19. *Sandos, B. V. sanguine junctos, speciali cultu prosequi.* Neapoli 1648. cuidam e Mauris converso precepit Virgo, ut sacro Baptismatis fonte ablutus sponseti sui Jofephini nomine insigniretur. *Chryf. in mund. Mar. p. 2.* P. Balthasari Alvarez S. J. in *ade Lauretana oranti, aspectabili specie apparuit, eique erga S. Jofephinum pietatem commendavit.* Jac. Canis.

20. *Quotidie novies recitare hanc precationem: Beata viscera MARIE Virginis, que portaverunt eterni Patris Filium.* Berchmannus in honorem novem mensium, quibus Deipara Virgineo utero gestavit Christum Dominum, eam quotidie devote recitabat. *Canis.*

## SCHEMA.

## Cultus Hebdomadarii.

21. *Lebas Sabbati ieiunare, vel saltem extra tempora refectiois ab omni cibo, & potu abstinere.* Henricus II. Rex Anglia circa annum 1170. diebus Sabbati, & Perivigiliis festorum Deiparæ Anglis jejuniatum precepit. *Roger. in Ann. Angl. S. Nicolaus Tolent.* Sabbatis omnibus solo pane, & aqua contentus erat. Idipsum facere solebat S. Elisabetha Lusitanæ Regina. *De Balinghem in Mar. Calend.* Huc facit exemplum infusmet B. V. que hebdomadam una tantum vice Jac fugebat. *Nicophorus l. 1.*

22. *Diebus Sabbati Lucernam Deiparæ accendere.* Alutarius Lulentis ad imaginem B. V. quam religiose colebat, singulis Sab-

bat diebus Lucernam accendebat. Hac pietas in quodam diluvio vitam illi servavit. *Benc. in Ann. Lufit. 1589.*

23. *Diebus Sabbati in honorem B. V. cilicium gestare, aut aliter corpus affligere.* Berchmannus natus Sabbato, Sabbatho ætatis 21. denatus, in eo præter solemne jejuniatum alias corporis afflictiones adhibebat. *Cepar. in vita.*

24. *Conventus ordinarios, quando commode fieri potest, frequentare.* Justo Lipsis vel semel a Congregationibus abusuiffe piaculo fuisse, etiam si illi fuerit. *Lecher. in Sod. Parthen. l. 1. c. 9.* Eos negligens naufragium passus est; alius pugione tractus, alius misere dilaniatus &c. contra conventus frequentantes variis beneficiis a B. V. sunt affecti. Idem l. 3. c. 1. Mutius Vitelleschus S. J. Præpositus Generalis ab Eustachianis Sodalibus 1616. consultus respondit: non gaudere Sodalitatis gratiis, Indulgentiis, ac Privilegiis, qui absque legitimo impedimento non frequentatæ; gaudere autem, si legitimum habeant impedimentum. Idem l. 2. c. 9. Est autem Præpositorum Generalium S. J. Statuta Congregationis, qua Primariæ Romanæ sunt conjunctæ, & examinare, approbare, improbare, dubia resolvere, ut habet *Bulla Greg. XIII. & Sixti V. apud Lechnerum l. 1. c. 4.*

## SCHEMA.

## Cultus Mensuris &amp; per annum.

25. *Perivigiliis festorum B. V. ieiunare, Didacus Lopezius in Academia Salmanticensi Juris Professor, deinde Judex Regius, ad B. V. dies festos duorum dierum jeunio se comparabat.* *Ex his. Coll. Medic.*

26. *Eisdem coetus durius tractare.* Alexander Ursinus Card. tum se ad sanguinem usque flagellabat. *March. 1. Jul. B. V. 27. Festis B. V. communicare.* S. Carolus Borromeus hanc devotionem suorum Mediolanensium animistam profunde impressit, ut ob numerum SS. Eucharistiam Festis B. V. accederent nihil a diebus Paschalis differre viderentur. In *vita.*

28. *Eisdem aliquod tempus dare meditationi.* P. Suarez tolemtioribus B. V. Festivitatibus duas horas exigebat meditando extimas, & singulares Dotes B. V. P. Segn.

29. *Tota octava festorum B. V. singulis diebus recitare triginta quinque salutacionem Angelicam in honorem dierum, quibus Christi*

*Christi fuit in utero Virginis, & Virgo in utero 30. Anno.* Hanc devotionem docuit B. V. S. Gertrudem, & devote recitantibus magnum premium promisit. Pinnamonti.

30. *Se totum Virgini offerre in Clientem, Seruum, mancipium.* V. Valcherus de Birbach Conanganicus Ducis Lovaniensis singulis annis se Deiparæ ad ejus aram pendente e collo fuce, tanquam cervum Glebæ fisebat, & de capite suo censum solvebat, qualem servi Originarii solve-re consueverunt. *Cesar. l. 7. c. 39.*

31. *Singulis annis ad Mariæ templum peregrinari.* Maria de Oegnie Ecclesiam Deiparæ Oegniaciensem duobus milliari-bus distantem, bramali tempore nudis pedibus invisebat, & in ea totam noctem pervigil exigebat. *Jac. Card. Vitr. in vita.*

32. *In honorem Deiparæ votum castitatis emittere saltem ad tempus, & e consilio Confessarii.* B. Aloyisius vix decennis Florentie votum virginicitatis perpetuæ nuncupavit coram celebri imagine Virginis ab Angelo salutata. In *vita.*

33. *Annulo se Deiparæ desponsare.* S. Edmundus Philosophiæ Studiosus Dei Genitricem emissio prius castitatis voto in sponsam elegit, & annulum, cui inscriptum erat *Ave Maria*, ejus digito infixit. Quo ex tempore in necessitatibus præsentissimi-mum ab illa expertus est opem. *Sur. in vita.*

34. *Immaculatam Conceptionem defendere.* Exemplo Berchmanni, post cujus mortem inventa est syngrapha ejus sanguine subscripta, in qua Immaculatam Conceptionem se semper defensurum, iurejurando confirmavit. *Cornel. a Lapide S. J. Sacrarum Litterarum in Colleg. Rom. tum Professor, & hujus syngraphæ testis oculatus, ut habet Canisius in Hip. Mar.*

35. *Deiparæ gloriam palam predicare.* P. Martinus Gutierrez S. J. ut B. V. existimationem palam promoveret, egit cum P. Francisco Suarez, ut publica questione probaret, gratiam Virginis Dominæ nostre Majorem esse, quam omnium Sanctorum simul, tam Angelorum, quam hominum, morem gessit P. Suarium, tum Deipara P. Martino apparens, grates ei egit, quod hanc questionem voluisset tractari. *Ludovicus de Ponte in vita P. Balthas. Alvar.*

36. *Ad Deiparæ cultum alios inflammare.* S. Anno, tamen Archiepiscopus, & Imperii Princeps esset, tamen Aulicos, famulos, & alios subditos suos frequentissime admovebat, incitabatque, ut totos se Mariæ servitio, ac patrocinio submitterent. In *vita l. 1. c. 31.*

37. *In honorem B. V. a usu abstinere, & ludendi consuetudinem deponere.* S. Andreas Festulus Corsino lætiter decumbenti aiebat: *Si sanari vis, opus est, ut jejuno, & precibus S. Mariam concilies, ac imprimis voto nuncupato ludendi consuetudinem extermines.* *Sur. Tom. 2.*

38. *In honorem B. V. a peccato abstinere.* S. Bernardus Nobili adolescentini vitio carnis affueto consuluit, ut saltem tres dies in honorem B. V. ab hoc peccato abstinere; abstinit, & tantas vires recepit, ut porro constanter abstineret. Pinnamonti.

39. *In honorem B. V. Missas legi curare.* P. P. Societatem JESU ingredere. P. P. Berchmannus, vixit quinquæ florenos, quos in pauperum vitæ ariario habebat, tres in partes divisit; unam pauperibus erogavit, alteram Lovanium misit, ut in *ade S. Petri* ad aram Marianam legenter faceret, tertiam in asperum collem ad exorandam illuc, totidem facris, B. V. opem, deseri jussit. *Canis. in Hipper. Mar.*

40. *De laudibus Deiparæ libenter audire, & loqui.* In laudibus B. V. enarrandis B. Scanzinus creberrime occupabatur, nova semper, & magnificentissima nomina, quibus eam appellaret, excogitaret, & gradus altissimos, in quibus eam collocaet. *Janc. in vita.*

41. *B. Virginem eligere in litterarum, Studiorumque Præsidentem, ac Patronam.* Quanto opere pretio eligatur in Studiorum Patronam, Alberti M. Discipulus, S. Bernardus, S. Hermannus, Cognomento Jofeph, Suarez, Thomas Sanchez, & alii plurimi, qui omnem scientiam suam adscribunt B. V. fuit in literis Præsidi.

42. *Deiparæ consecrare laborem suorum Studiorum.* Justus Lipsius argenteam suam pennam, tot illustrium voluminum lubricatricem, Deiparæ venerandus appendit, simulque omnia ingenii sui monumenta. In *vita.*

43. *Cæcis Marianos estimare, iisque adscribi.* Dux populensis morti vicinus protestatus est se, siquid virtuti haberet, id totum a Sodalitate haussisse, simul filio ad se vocato, & tu, inquit, *Sodales exora, ut te in suum consortium admittant.* Hac hereditate nihil est presantius, quod tibi relinquam. *Lech. l. 1. c. 7.* Justus Lipsius morti proximus P. Lessio S. JESU candidè professus est, se nulla re in extremo vitæ puncto magis delectari, quam quod sodalis esset. Idem l. 1. c. 9.

44. *Præscriptis a Sodalitate diebus con-*

fieri. Et communicare. Quoties leges Confessionem præscribent, & ad facrum epulum advocant, parebat Justus Lipsius modestissime, ac studiosissime. *Lechn. ibidem.*

45. In tentationibus cogitare, se Sodalium, et Clientem Marianum esse. Frexenalems nobili genere oriundus et Sodalitio V. Immac. muliercula illecebris provocatus cogitabat. Sodalit. B. V. sum. 51, qui vitam-politiorum proficiunt, aggressi habentur, cum verbo, factore immo-diosiore contra urbanitatem peccant, profecto Sodalit non est, qui vita, factis, et diis alius est, ac Immaculatae Virginis Sodalit decet. *Lechn. l. 2. cap. 8.*

46. Idipsum cogitare in condonandis injuriis. Cæsar Augustus Sodalit, alapa ignominiose cæsus, inter Marianos, inquit, Sodalit numeror. Unde et hanc injuriam, et alia multa exorbenda mihi esse judico. *Lechn. l. 2. c. 11.* ubi multa similia habet exempla.

47. Ad vilia Sodalitii officia se demittere. Mediolani et prima nobilitate Sodalit, cum Marianum Oratorium expurgasset, holoserico pallio purgamenta exultit. Spectabant Sodales, et cavillabantur, quod præ verecundia sordes pallio occultaret. Impudens sim, reprobabat, si famularum Marianum erubescendum mihi esse ducam. Ac postea cum ad idem opus faciendum redisset, rejecto pallio, et pileo, in atrium clara die ramenta deportavit. *Lechn. l. 2. S. R. I. Princeps Ravilius Dilingæ Sodalit, cum spiritualibus exercitiis vacasset, duodecim Elephantiacos convocavit, lautoque epulo exceptis, cinctus ipse horrendo cilicio, ministravit. Ann. Cong. Dil.*

48. Amare animi puritatem, et virtutem Angelicam, utpote Sodalium Characterrificam, diligentissime custodire. E Sodalibus Dilingæ fuere, qui, ut animum fervarent incontaminatum, Divorum Benedicti, et Francisci exemplo in spinas, ac nives se abicerent, aut digitum in ignem extenderent, aut pectora saxo tunderent, aut pugnis faciem impeterent. Vigniti sex diebus, noctibusque unas asperitate setarum se attrivit, alius retundendis lacivis: insulubris ipfas decem horas sub gravi, quod posuerat, saxo distentus, in formam crucis jacuit; alius moribus veraxat linguam. *Lechn. l. 2. c. 9.* et Annales Congreg. quæ hæc, et alia plura habent virtutis heroicæ exempla, ac documenta, quod puritatis liliam

amet esse inter spinas. Præterea non patiti in lecto ante somnum ad servandam puritatem quinque sensus cruce signant, identidem repetendo hanc precationiculam. Per sanctissimam, Virginitatem, et Immaculatam Conceptionem tuam, O purissima Virgo, emunda cor et carnem meam in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

49. SS. Menstruos in Congregatione acceptos venerari. Biturigibus quidam Juris Prudentiæ Studiosus, cum morti proximus esset, adferri iussit Sanctos, qui in menstrua sortitione illi obtigerunt, ut illis se ultimo commendaret. *Lechn. l. 2. c. 5. D. L. B. a S. Vincentio Serenif. Princ. Aug. Consil. Intim. septuagenario major, et sexaginta annorum Sodalit. SS. Menstruos, quos toto vitæ tempore diligentissime aservavit, Dilingæ ante quadriennium piissime, uti vixerat, decedens, feretro imponi, et tumulo secum inferri voluit.*

50. Desipere virtutes imitari. Exemplo plurimorum, imo eorum omnium quotquot veros se Mariæ Clientes proficiuntur; nam amor aut pares invenit, aut pares facit. Qui stabilem Virginis amorem vult mereri, ejus virtutes imitetur, necesse est, ut eadem sit ratio morum, quæ est animorum. Unde cum Doctoreseraphico finio has 50. praxes. Dei Matrem tanquam bonus filius in omnibus posse studeas imitari, tunc enim proculdubio illa te, tanquam suum filium reverenter adjuvabit. *Bonav. in Stim. D. amoris 17.*

#### SYNOPSIS LEGUM-MARIANARUM

1. Sodales non modo B. V. præcipue veneratione, atque honore proficiuntur, sed etiam vitæ, morumque integritate virtutum illius præstantissimarum exempla imitari conentur.

2. Antequam recipiantur, consensentur a tota vitæ, si id nunquam egissent, vel certe a postrema generali. Præterea Natali Christi die, Circumcisionis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, et Corporis Domini, die Imm. Conc. B. V. Natali, Festo Annunt. Purif. et Assumpt. Die Natali S. Joab. Bapt. vel Apost. SS. Petri, et Pauli, ac SS. omnium. Item prima quavis Dominica, cujusque mensis, ita tamen, ut ex diebus numeratis locoprimum Dominicæ aliquis sumi possit, si in eundem diem Dominicum incidat, aut ab illo non procul abist.

3. Quotidie Missæ sacrificio interfint, et quotidie mane, gratis Deo adis ter Oratorium Dominicum, et ter Salutationem Angelicam in honorem SS. Trinitatis recitent, semelque Symbolum Apostolorum, et Salvæ Regina. Vespere autem ante cubitum Confessionem examinent, et ter Pater Ave recitent, ac semel Psalmum De profundis pro animabus in Purgatorio.

4. Cum aliquem Sodalium contigerit e vita discedere, pro odio des Psalmum De profundis cum oratione pro defunctis pro illo dicant singuli per octiduum.

5. Quoniam majorem perfectionem, quam ceteri proficiuntur, suadet omnibus, ut majus quoque studium in actionibus, et Christianis adhibeat, cujusmodi essent, sapius confiteri, et communicare, Officium B. V. et Rosarium recitare, Orationi mentali nonnihil temporis tribuere, christiana doctrina elementa rudibus explicare, alique id genus pia munia obire &c.

6. Curet quisque, ubicunque fuerit, et se verum filium Sodalitatis ostendat, et morum integritate exemploque vitæ omnes edificare, et ad virtutem, pietatemque conetur allicere.

7. Conentur omnes, ut in dies in veris, Christianisque virtutibus progressum faciant. Ut hoc autem facilius assequantur, plurimum proderit, Sodalitatis conventus frequentare, cum in cerebro versari, a quibus juvari possunt, improborum consuetudines, et quascunque peccandi occasiones vitare, quales sunt ludæ, rixæ, contentiones, murmuraciones &c. et alia, quæ bonum Sodalitii nomen labefactant. Sed enitentur potius, ut in actionibus omnibus ita se gerant, ut eos dignos esse quilibet arbitretur, qui sint in B. V. tutela, in cuius Congregatione versantur.

25. Quomodo constitutus esse debeat ut placet.

Beatus Homo qui audivit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et qui observat ad postes officii mei. Devotio erga Beatam Virginem tres habet gradus: Primus est amare illum renunciare peccato: et hic indicatur per illud: Qui audit me. Secundus est, fugere peccati adijungere obsequium speciale, uti jejunii sabbatini, coronæ &c. et hic indicatur per illud: Vigilat ad fores meas quotidie. Tertius est, huic obsequio addere imitationem virtutis: et hoc intelligitur per illud: Et observat ad postes officii mei. *Spec. Segn. Manna 5. Aug. n. 1. seq.*

Gratissimus cultus Beatissimæ est imitatio virtutum illius: Tunc enim vere colitur, ait S. Hieronymus, si imitari velitis sumpt. de toto corde, quam laudatis. Videtur Maria clientem laos alloqui verbis Apostoli: Effate imitatores mei. Terrens Dominis. Ergo et Beatissimæ maxime placet qui non tantum illis servium, sed et imitantur. Ergo et Beatissimæ maxime placet sui imitatores: hunc in sensum ait S. Bernardus: Virgo prope est invocantibus se, præsertim his, quos videt sibi conformes in castitate, et humilitate. *Calamat. Mar. Disc. 4. fol. 65. et seq.*

Sicut nonnullæ herbe motum solis, ita alitæ motum lunæ sequuntur, ideoque lunaria vocantur. De natura harum tria scribit P. Athanasius Kircherus: Lunaria, seu Boriza foliis affimularum Majorane, colore est cæruleo, et decrevit ad lunæ vicissitudines. Cum luna habet ætatem unius diei, plantæ uno quoque folio augetur, durante hoc continuo solorum augmento usque ad decimam quartam lunam: luna vero decrepente die tandem ordine sequitur solorum acquiescentium casus: interuenit tempore omnibus orba solis, se condens luctum agit. *W. Art. disc. font. 17. Ex. 20. ita imitando Marianum debes emulati ejus virtutes, illi in ludu comari: verbo, quia Maria luna est, te oportet esse lunarianam &c.*

Optimus cultus B. V. consistit in imitatione virtutum illius, id quod omnes Sancti Patres suadent: S. Ambrosius ait: Tali fuit Maria, ut cui unius vitæ omnium disciplina sit. Dices Virginem verecundiam, dices Virginem oraculo: solam in penetralibus solas Angelus reperit, solam sine comite, solam sine teste, ne quo indigno damnaretur affatu! &c. Quicunque sibi Mariæ optat premium, imitetur exemplum!

26. Est signum eterne salutis.

In Jacob inhabitat, in Israel hereditate, et in Elestis meis mitæ radices: In quorum corda B. V. radices sunt devotionis, et amoris mittit, illi sunt Elestis.

2. Qui elucidant me, vitam æternam hæc testantur. Quid est Mariam elucidare? Est, honorem ejus, et devotionem amplificare, preces, laudes, jejunia sabbatina illi consecrare, imagines, et statuas honorare &c. hæc enim omnia elucidant gloriam B. V. sicut ergo illi, qui servium Primum

cipi, sperant promotionem; ita cultores Mariæ habent, quod sperent promotionem ad æternam salutem.

*3. Suflet.*

3. *Beatus homo, qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postas ostii mei. Ego diligentes me diligo.*

4. *In viis iustitiæ ambulabo, ... ut ditem diligenter mo, & thesaurus eorum repleam.*

5. *Qui me invocaverit, inveniet vitam, & habuerit salutem a Domino.*

*Præm. 8. in Med.*

6. S. Anselm. ait: *Sicut o Beatissima amnis a te aversus, & a te despectus necesse est ut intreat: ita omnis ad te corversus, & a te respectus impossibile est ut pereat.*

*Tu parens es salutis, & Salvatorum. Eundem in sensum loquitur S. Bernardus, S. Chryfost. & alii. H. Ser. 13. f. 144.*

Item Hugo a S. Victore: *Si accedam ad iudicium, & Matrem misericordie mecum habuero, in causa mea, quis iudicem contumeliosus negotii propitium.*

*Hugo a S. Victore in epist. e. nobis propitium.*

Denique S. Ignatius Martyr. *Impossibile est aliquem peccatorem salvari, nisi per suum, O Virgo, auxilium.*

*S. Ignat. M. in ep. ad B. V.*

7. B. V. potens est contra diabolum, e-juque vires, quas contra nos in ultimo agone exercit, frangit ac conterit. *b. f. 146.*

*3. Reg. 2.*

8. Salomon dicebat ad Abiathar, qui partes Adoniam adjuverat: *Equidem vir mortis es tu, sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei, coram David Patre meo. Sic Christus multis peccatoribus parcat, quia hanc Arcam Dei, Mariam, in corde portarunt. H. Ser. 29. f. 286.*

9. S. Germanus ait: *Sicut respiratio est signum vitæ, ita devotio erga B. V. est signum salutis.*

10. Omnes Sancti amarunt, & honorarunt Virginem, & spem suæ salutis in ea posuerunt. *H. Ser. 29. f. 288.*

Rosarium B. V.

27. *Efficax contra Demoneum.*

**V**irgo Moysis Pharaonem devicit, & postera die flores progerminavit; ita Maria, que rosarium flores produxit, demoneum debellat. *M. conc. 25. aff. 1. n. 8. 11.*

Juvenis quidam lascivus, qui B. V. oratione colit, non rapitur a demone, velut fuit in scelere socius. *B. Ser. 19. n. 37.*

Diabolus Juveni cuidam Peruano specie venusta Virginis appareat, eique exprobat superstitionem, ut ajebar, Rosarii, quod ille, e collo gereret. Juvene haudante devotionem hanc, Virgo in infernale monstrum transformata minatur

illi mille neces, ni confessum Rosarium abjiceret. Verum cum Juvenis confidenter rosarium arripit, idque tanquam secutum tentatori objicit, ille subito disparuit. *R. cent. 3. p. 2. mir. 46.*

Quidam impura verba blaterans subito a convivio evocatur, egressus a larvis infernalis circumdatur, perierit, ni extracto Rosario demones fugasset. *R. cent. 3. p. 2. mir. 46.*

Puella a demone obsessa injecto sacro Rosario confessum liberatur. *R. cent. 3. p. 2. mir. 46.*

Rosæ radices contra rabidi canis morfum valent: sic & Rosarium contra demoneum. *VV. art. disc. font. 58. ex. 3.*

Pia Virgo Mariæ cultui addidissima docuit aviculum, quam in cavea alebat, articulate pronuntiare ea verba: *Ave Maria!* aliquando cum cavea negligentius observata non clauderetur, avicula in liberum aereum erupit. Verum mox ab accipit persequenem passâ, de vita periclitatur. Revolans ergo iterum iterumque clamitabat: *Ave Maria!* Et ecce! accipit tanquam fulmine tactus in terram corruit, & avicula læta ac cantans in sinum suæ nutricis reverfa est, &c.

*Vega Thibog. Marian. n. 1377.*

28. *Prodest contra hostes, etiam externos.*

Psalmistâ David Psalmo 448, ubi nos ad pugnam animat: *Accingere gladio tuo, populi sub te cadent. &c. præsigt titulum: Victoria pro rostris.* Quidam comes addidissimus cultui B. V. contra Albigenses pugnant tempore S. Dominici vidit B. V. centum & quinquaginta lapillos in hostem projicere, & victoriam reportavit. *M. conc. 25. aff. 1. n. 9.*

Apud Lacedæmones mos erat, ut iuris ad prælium corona præferatur: tu pugna contra hostes tuos visibiles, & invisibiles prævia hac corona. *M. conc. 25. aff. 1. n. 10.*

Don Garzas Rex Congi a B. V. filium regni hereditate impetrat: cumque hunc filium postea in bello captum nec vi, nec aere ab hostibus impetrare posset, tandem intercessionem Patrum Missionariorum impetravit. Hoc beneficium plene Beatorum Virginis adscripsit, qui etiam filium corollam Marianam e collo gerentem ante eius altare in perpetuum mancipium obtulit. *R. cent. 3. mir. 29.*

Puella Mexicana in manus ferocissimi latronis, qui ex desperatione immanissimi sceleris se dederat, delapsa, & jam honore ac vita exuenda, obtentu S. Rosarii salvatur; eo enim viso crudelis ho-

mo mansuetus est, & dein penitentiam egit. *R. cent. 3. p. 2. mir. 25.*

Sacerdos Neo-ordinatus ad templum Primitias celebraturus se contulit. In sacristia ab irruentibus hæreticis occupatus Rosarium in manus sumit. Illi eripiunt et Rosarium & in ignem conjiciunt. Sacerdos occasione fugæ nactus in latibulo se abscondit, a nemine visus & repertus. Post decem horas egressus secure sese ad celebrandum Sacrificium accinxit, & quod mirum, etiam Rosarium in igne illatum repertum est. *Bagatta l. 2. c. 1. §. 8. n. 22.*

29. *Quam gratum & honorificum sit B. V.*

Maria ab Angelo salutatur in Nazareth, qui locus floridus interpretatur, in Nazareth ergo velut rosa, & Regina rosarii erat. *M. conc. 25. aff. 1. n. 5.*

Rubus Moysis incombustus rosetum erat: en Deus in roseto: hinc Maria ut Mater S. Rosarii Christum genuit. *M. conc. 25. aff. 1. n. 6.*

Cum devotio S. Rosarii valde intepereceret, Dei Mater apparuit B. Alano, eique Rosarium de celo afferens præcepit, ut hanc devotionem in suum honorem refuscitaret: qua resera accepta ille cultum B. V. per Rosarium quindecim annis in Belgio, & Germania promovit. *Bagatta. L. 5. c. 3. §. 3. n. 14.*

Franciscus ex Ordine Servorum Maria in orbem natus & baptizatus apertis oculis attente considerat imaginem B. V. pone stantem. Dein a B. V. in numerum servorum suorum vocatur, in gravi deliquo confortatur, in celum invitatur. Post ejus mortem liliium e sepulcro illius excrevit, in cujus foliis legebantur verba: *Ave Maria,* hocque in compensationem tot salutarum Angelicarum, & Rosariorum, que perfolvit. *R. 1. cent. part. 2. mir. 4.*

B. Andreas, qui sanctissimam Virginem quotidie Mariano Psalterio devote venerabatur, plantavit arborem, in qua semper quindecim malacrescebant: tempestas decessit aliqua, & tamen numerata iterum erant quindecim: Decepta sunt aliqua & tamen quindecim constanter permanserunt: voluit Beata Virgo hoc miraculo in arbore sibi dedicata demonstrare, quam grata illi fuerit B. Andrea in recitando Rosario devotio. *R. cent. 2. par. 2. mir. 40.*

Juvenis quotidie ex floribus solum con- texere, & imagini B. V. imponere solebat. Postea in Ordinem Religiosum con- cedens doluit se amisisse hanc occasionem.

Verum monitus ut quotidie quinquaginta Ave, interiecta Oratione Dominica recitaret, id fecit. Olim itinerans & recordatus se hodiernum pensum necdum perfolvisse, genuberis recitavit corollam. Haud procul observabat cum latro insidians, & vidit pulcherrimam Dominiam flores ex ejus ore eximere & solum con- texere &c. *E. Maria n. 39.*

30. *Liberat ab interim.*

Affueris mortis sententiam decreverat in totum genus Judaicum insindtu Ammani: sed Estheris pulchritudo gratiam populo, & necem Amano tulit. *Quæ erat hæc pulchritudo? Roseo colore vultum perfusa erat. O quam multi peccatores intuerent, nisi Maria rosas ostenderet, id est rosaria sibi recitata. M. conc. 25. aff. 1. 11.*

B. V. sub Cruce Christi advocata humani generis constituitur, quia guttis Christi patientis tanquam rosas confertur. *ib. n. 12.*

P. Michael a Fuentes in Regno Peruano cum aliquot Indis itinerabat, cum terribilis tempestas orta est. Pater secessit in specum, ibique Rosarium recitare cepit, qui cum secuti sunt orando, in columnas evaserunt, qui extra specum manserunt, fulmine consumpti sunt. *R. cent. 3. p. 2. mir. 46.*

Hugo Henricus Princeps vitam agebat turpissimis vitiiis inquinatam, id tamen boni retinuit, ut B. V. quotidie devote veneraretur. Quondam in illi cum arida siti adigeretur, apparuit illi Puella forma super humanam excellens, obulique illi sufficit pulcherrimos in scutella fonsidissimas. Acceptis quidem Hugo fructum, sed simul nauseabat fonsiditum scutella: Eundem in modum, ait Puella, Beatissima Virgo nautat suas devotiones propter fonsiditatem tuæ conscientia. Cum hac visione Hugo nondum perficeretur, alla vice in venatione, cum propter horrendam tempestatem, ad speculum confugisset, incidit ibi in infernales fabros, qui membra humana, necio quos facinorosi, igne & malleis contundeant. Perisset Hugo, nisi ante venationem, Beatissimam Virginem modicæ devotione coluisset. *Segneri Hom. Chr. p. 3. disc. 14. n. 18.*

31. *Quomodo cum mysteriis recitandum sit.*

In mysteriis gaudiosis apud primum considera 1. in Annuntiatione puritatem

2. In Vistatione humilitatem. 3. In Nativitate Virginitatem, 4. in Purificatione observantiam legis. 5. In inventione Filii perditii lætitiæ spiritualem.

In dolorosis discere. 1. in horto modum orandi. 2. in columna modum patientiæ. 3. In coronatione modum sustinendi. 4. In bajulatione crucis modum laborandi. 5. In crucifixione modum plorandi.

In gloriosis, 1. in Resurrectione resurgence a vitiis. 2. in Ascensione deponere amorem terrenorum. 3. In Missione Spiritus Sancti cor præpara ad inspirationes Divinas. 4. In assumptione B. V. affectu sequere. 5. In coronatione B. V. gratiam finalem roga &c. M. conc. 25. aff. 1. n. 23. & seq.

B. V. Novitiam, qui ad sæculum redire ideo voluit, ut liberius Virginem colere possit, insituit in S. Rosario cum mysteriis recitando. Bagatta T. 1. 5. c. 4. §. 7. n. 20.

Juvenis ex voto ad recitandum quotidie Rosarium obstrictus, ex negligentia illud vel ex somno inter mille distractiones mutilabat. Et ecce! corollam precatoriam ita præter ordinem permixtam invenit, ut in una srophala duos, in altera tres, in alia duodecim, aut sedecim globulos inveniret. Revocat igitur corollam ad ordinem! sed passio post facta est eadem confusio! agnovit ergo monitum caeleste! penitentiam egit, & ad vitam Religiosam animum adjecit. Bagatta p. 2. l. 5. c. 4. §. 7. n. 27.

Scapulare B. V.

32. *Confert innumerabiles gratias hic & ibi.*

**P**rotoparentibus minatus est Deus, in quacunque die comederitis, morticini, comederunt, & mortui non sunt. Quare? quia fecerunt sibi perizomata, quæ erant figura sacri Scapularis. M. conc. 39. aff. 2. n. 3.

B. Simoni de Stock Beatissima Virgo Sacrum Scapulare de celo affert, promittens, quod, quisquis in hac sacra confraternitate veste moriturus sit, non sit periturus. Bagatta L. 1. c. 1. §. 6. n. 13.

Vestimentorum fragrantia, quibus Rebecca filium Jacob natum innotuit induit, profuit illi, ut Parens Isaac benedictionem paternam, omneque hereditatem contulerit. Parem in modum sic prodest S. Scapulare coram Divino Judice. Reynaudus de S. Scap. p. 1. c. 6.

*Syrus calcitravit, sola in sulcibus ma-*

*ris ambulavit, & profundum abyssus penetravit. Cur ita xircuit B. V.? Respondeo si suos confratres in celo non videret, ad purgatorium vadit, & eruit: ita Clemens VII. in Bulla ait, confratres S. Scapularis proximo post obitum Sabbato a B. V. liberantur iri. M. conc. 39. aff. 2. n. 4.*

Josephus Ægyptius, polymita vestitus, plus aliis fratribus a patre Jacobo amabatur: Hec polymita S. Scapulare est, quæ B. V. indutos suos fratres plus aliis clientibus amat.

Hic ipse Josephus jam Ægypti Prorex præcepit fratribus suis, ut Benjamin natum minimum fratrem secum in Ægyptum adducerent. Adduxerunt! Et ecce! Sacer textus ait, quod Josephus a longepropiciis inter fratres adventantes viderit Benjamin fratrem suum. Quare hunc præ ceteris vidit? Quia Morale est, ait S. Ambrosius, ut quos diligimus, præ ceteris videamus. Sic B. V. fratres suos S. Scapulari vestitos præ ceteris videt, &c.

Elias ingentes Dei favores expertus est, & tamen Elifas duplicem ejus spiritum petiit: Cur duplicem? quia pallium Eliæ obtinuit: pallium hoc vestis Carmelitana, S. Scapulare est. M. conc. 39. aff. 2. n. 5.

Prodest omnino contra tentationes impuras: sicut enim Galenus Medicorum antesignanus cuidam nocturnis Venere illusionibus vexato, substratis in lecto remissas rosas refrigerationis causa suasit: VV. ait. disc. font. 58. Ex. 3. Ita Beatissimæ Virginis, quæ vocatur Rosa Mystica, imago in Sacro Scapulari eandem habet Virtutem, ut extinguat stygii tentatoris ardore.

In vita S. Philippi Nerii legitur de Stephano Calcinardi, quod Romæ ab aliqua femina ad nefas invitatus jam in prociulo steterit, paratus illam adire gestans in pectore nonnullos capillos de hoc Sancto, & insulata quædam panis sanguine illius tincti, cum ecce! in pectore passus est icium quasi mallei ad his sanctis reliquiis: incidit in deliquium, simulque vocem audit hujus Sancti: cave ne facias &c. Mansi Tract. 87. de Sacris Reliquiis Discursus, p. n. 5. applicentur ad S. Scapulare: non sensisti o peccator quod te monerat? &c.

33. *Sine interna devotione nihil prodest.*

Christus increpavit Phariseos, quod dilatent philacteria sua, & magnificent simbras. Hæ simbræ, & philacteria erant quædam schedule, quarum signo e vestimenti suspensio volebant videri strictio-

des, devotiores, & accuratiores: Non intelligentes, ait S. Hieronym. quod hæc in corde portanda sunt, non in corpore: alienigenis & armaria habent libros, & notitiam Dei non habent. D. 4. 79.

Ne dicas: Membrum sum sacra confraternitatis, Maria Filius sum! igitur, etiam si peccator sim, non possum perire! Erras! si salvari cupis, observanda sunt mandata! in hac lege nemini dispensatur! an queris, ad quid ergo prodest S. Scapulare? Respondeo: prodest, ut Mandata Dei solertius, & accuratius observes! Laidanus Rex Poloniæ effigiem sui Genitoris semper e collo pendulam gestavit, hanc in arduis regni negotiis semper consilio adhibuit, inquis, absit a me, o parens, ut aliquid te indignum geram! Sic tui Christiane, in tentationibus Mariam, cuius effigiem in S. Scapulari geris, pie alloquere: Absit a me, ut aliquid te indignum agam! &c.

Proditores in bello, qui urbem v. gr. Imperatoris explorare, eamque in manus hostium consignare satagunt, externe quidem signum militare Imperatoris in pileo aut in pectore gerunt, & sic amicitiam simulant, intus autem in animo sunt sycophanæ, & impostores. Ita pro dolor! multi gerunt in pectore Sac. Scapulare, simulant se extrinsecus amicos Dei & Deiparæ, intrinsecus autem sunt scelerati peccatores, consequenter Divini Filii, & Divinæ Matris persecutores, de quibus merito Christus & Maria dicere possunt: Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me! &c.

Templa B. V.

34. *Ædificantur a magnatibus non sine prodigio.*

**G**Orthofredus Dux Lotharingæ ad templum B. V. Verduni propriis humeris saxa, camenta, & ligna apportat. F. L. 6. fol. 164. in fine. Philippus II. Rex Gallie fundat Abbatiæ B. V. de Viêtoria, postquam ab Anglis insignem triumphum reportavit. F. L. 6. f. 176.

Dum Romæ indicio nivium Basilica B. V. edificari capta est, fundamenta spectato Pontifice & toto populo, sese ultro aperuerunt. Bagatta Lib. 2. c. 5. §. 1. n. 5.

Cum in monte Berico prope Vincentiam Ecclesia B. V. edificabatur, pluvia ingens de celo cadens, non attigit cæmentum, non attigit operas, non attigit Ecclesiam,

ut edificatio non impediretur. Bagatta Lib. 3. c. 3. §. 3. n. 1.

In adificatione Ecclesiæ B. V. apud Tungros cum materialia, id est lapides, arena, cæmentum, & alia descissent, hæc in una nocte adfecta sunt: non sunt visæ currus & equi, sed una candida mulier, quæ totum hunc apparatus disponebat: agat ta Lib. 4. c. 1. §. 8. n. 24.

In Sacellum B. V. Haslæcense a S. Ottono dedicatum, nulla fera, seu domestica seu silvestris ingrediatur, licet illud semper sit apertum. Quod si brumum compellatur ingressum, vel statim perit, vel colliculus excæcatur. Bagatta L. 7. c. 3. §. 2. n. 17.

Devoto Seni prope civitatem Rosenenses B. V. apparet, atque ab eo petit, ut in proximo colle ibi Ecclesiam edificaret. Causanti suam pauperatam donavit, annulum in testimonium suæ voluntatis donavit. Paulus post adventum Comes Rogerius, qui audita hac apparitione B. V. templum ibi extruxit. Bagatta Lib. 5. c. 3. §. 4. n. 7.

Imago B. V.

35. *Si inbonoretur manifestam penam posse trahit.*

**C**um Hollandi Hallas oppidum, ubi miraculosa Beata Virginis imago asseruatur, obiderent, quidam Joannes Zwickius aiebat: Ego meis manibus nasum abscondam Hallensi muliercula (B. V. per opprobrium denotabat) ecce! extemplo ab urbe volat globus, qui eum densavit: fuit rota vita ingenti ludibrio, & avertisio, etiam suis. C. in Gen. f. 744. col. 2.

Beatissima Virgo bene comparatur Arca testamenti: sicut enim Arca Obeseodem salutaris, Ozæ fatalis fuit: ita B. V. clientibus suos felices reddit, injuriantibus graviter puniit: Nestorius negans esse Deiparam ita punitur, ut lingua illi veribus corrola, vivens computrerit. Constantinus Copronymus comparans illam Bortæ, quæ exenato auro non nisi vilis est bursa, carbonculo iclus vociteratur vivum te ignitraditum est: propter Mariam Deiparam. Cajanus Mimus blasphemans B. Virginem, ab eadem in fornix correptus, cum te non corrigeret, manibus & pedibus mancrumatus reperetur est. C. 2. Reg. 6. v. 7. fol. 121. d. 1. D. 3. c. 70. in fine.

Judas sicte baptismum suscipie, dein imaginem B. V. hasta lauciat, accusatur, sed pertinaciter negat facinus. Interim paralyticus aeger primo ab Angelo, dein ab ipsa Be-

Beatissima monetur, ut injuriam Virginis vindicaret: provocat ille Judzum ad certamen, & miro proflus modo ager famum, debilis fortem vincit. Rapitur Judzus ad furcam, canibus laceratur, concrematur. D. 4. 93.

Vir Cyprius in urbe Constantia armenarius, ubi in facello imaginem Beatissimæ vidit, coloribus in pariete expressam, stimulo, quo boves agebat, subdito, illi dextrum oculum eruit. Egressus dein cum pecus pingeret, stimulus contractus, & pars cui ferrum infixum erat, in dextrum hominis oculum involans, illum oculo privavit. E. Imago n. 3.

Consta tiz in Insula Cypri bubulcus imaginis B. V. ferreo cuspidem oculum effodit, & cum polter bovem agitare, cuspis in ejus manu diffractus, & in oculum ejus reflexus monoclum, poena talionis fecit. H. 2. f. 5. c. 1.

## 36. Prænotium Dei supplicium.

Srega in Bohemia Statua B. V. jam per quatuor secula colitur, que in bello Hussitico in muro abscondita indicio felix anno integro apparentis reperta est. Ante bellum hæc Statua per insolitum spectri motum, aliaque signa de inguentibus malis præmonuit. H. 2. f. 62.

VWartz in Bohemia B. V. Nobili juveni suam imaginem donat. Ibi incolis apparuit, illique bellum Hussiticum, ruinaque prædixit. Exiit templo & cenobio hæc Statua illata mansit, & hodie miraculis caret. H. 2. f. 62.

Anno 1620. Condini in Diocesi Tridentina imago B. V. visa est lacrymari. Quam funesta tempora, subsecuta sint, notum est. H. 2. fol. 80.

Kenzinga Statua B. V. ante bellum Suecicum, & triginta annorum, quo tota fere Alsatia devastata fuit, lacrymari visa est. H. 2. fol. 90.

Embrice Statua B. V. lacrymas sudit: secutum est bellum Germanicum, & clades, quam Catholica Religio passa est in Belgio. H. 2. fol. 94. c. 2.

Posonii imago B. V. ante mortem Ferdinandii II. Imp. amare flevisse visa est. Idem constat de imagine B. V. Pozii (Perseh) que nunc in aula Casarea aservatur. H. 2. fol. 108.

Brazze in Dalmatia in pervertito Deiparæ templo pictura est obscura, que in Festo S. S. bastiani quotannis sub sacrificio clarescit. Et JESUM populo benedicent-

tem, acque Dei Matrem: & S. Joannem Bapt. representat, & iterum obscuratur. Insuper ea die muri templi sudorem spargunt. Quod si hæc portenta alio tempore contingant, mala pessima, uti tempestates terribiles, famem, persecutionem Turcicam, aut alia præsignant. H. 2. f. 110. seq.

## 37. Designat locum sui cultus.

Anglus Mercator imaginem B. V. fecum navi in Lusitaniam vehit: ibi noctu in vicino monte insolitam lucem videns ascendit montem: Et ecce! ibi Statuam B. V. quam secum ex Anglia attulerat, invenit. Quapropter facellum ibi extruxit, ex Mercatore factus est eremicola. H. 2. f. 15. c. 1.

Legione in Hispania Statua est Deiparæ, dicta de Regula quam ipsa apprensit Religio, quingentis annis desolam jussit ex terra erui, & venerationi exponi. Est hæc Statua una ex præcipuis totius Hispaniæ, imo orbis. H. 2. fol. 17.

Cum Episcopus e Monteferato Scatum B. V. transferre vellet, in eo loco, ubi Guarinus Comitiss filiam a demone liberatam violavit, & occidit, consistere coactus est: Ibi S. Ignatius Loyola S. J. infamem conversionis suæ initia jecit. H. 2. fol. 18.

Imago B. V. ex oppido Alfaro clam ablatæ, & Pamplonam translata est. Requiritibus Alfarensis quidem restituta fuit, sed paucos post dies Pamplonam imago rediit. H. 2. f. 19.

Religiosi in Insula Minorica Statuam B. V. ex monte ad Castellum S. Agathe ductu tauri transferunt, sed illa ad primitivum locum rediit, unde templum ibi edificatum est. H. 2. fol. 21.

Salmuti urbe Gallie Rusticus in agro iconem B. V. dolose invenit, quam doctum abportatam, semper deprehendit in agrum rediisse: Ideoque re re examinata templum B. V. ibi edificatum est, ubi multa miracula patrantur. H. 2. f. 28. c. 1.

Nanceji in Lotharingia Collegium Buxerianum Nobillium Virginum templum Deiparæ habet ab ipso Christo, spectantibus tribus Episcopis consecratum: Cum S. Gaucelino Episcopo ad abolendam templi fabricam impense deficerent. B. V. in somnis admonuit Regnam Franciæ, ut camelum pecuniis onustum illic dimitteret, quo ire vellet. Camelus ubi ad flumen Murtam pervenit, a lembo ab alteriore ripa se ultro solvante exceptus est, id ubi mutus quidam vidit, ad S. Episcop-

piscopum currens, illi adventum cameli articulibus vocibus nunciavit. Exinde confuctado tenet in hæc usque tempora, ut in tanti prodigii memoriam semper aliquis mutus a sacro Virginum Collegio alatur. H. 2. fol. 30.

Genæ Imago B. V. naufragio erepta & in templo S. Petri in Arena dicto collocata, bis ad templum S. Michaelis fecerit, ubi hodie tam benefica est. H. 2. f. 35.

Liburni Pastor in campo suo nomine vocatus, invenit pragrande saxum, in quo Imago B. V. insculpta erat. Hoc saxum jussus est in proximum montem deportare. Et solus deportavit, cui plures non fuissent pares, indicavitque Senatui, qui templum edificavit. H. 2. fol. 35.

Statua, cujus facies ab Angelis efformata, ab urbe Ariminensi, navi ultro se movente Venetias navigat, ubi in ejus adventus statim cæcus visum, & mutus loquelam recepit. H. 2. fol. 45.

Statua B. V. ex Insula Cypri a Templariis Drepanum delata, nulla hic amplius arte loco moveri, aut alio transferri potuit. Claret insignibus miraculis. H. 2. f. 51.

Statua B. V. que Rottenburgi ab Acatolicis in rogam injecta per duodecim horas illata manlit, dein Pragam allata, & in crypta apud PP. Capuccinos collocata, jussu Rudolphi II. Imp. in tertiam vicem in facello aulico collocari jussa, semper ad PP. Capuccinos rediit. H. 2. fol. 61.

Bogenberga Statua lapidea B. V. prodigio nata Danubium tranlit, & ad radicem collis Bogenbergensis in litore stetit, ubi dein templum edificatum. H. 2. f. 65.

Haud procul Ratisbona Statua B. V. sex pedes alta aservatur, que in flumine Naba erecta deluxit, & ad juniperum confudit. Designatum illi fuit templum, in altera fluminis parte, sed Statua ad juniperum rediit, ubi edificatum templum, in quo hodie dum arbutilla illa virefcit. H. 2. f. 74.

Paderbone auriga infantem ex incuria curru obriverat, quamvis ergo a iudice indemnus abierit, tamen poenitentia loco Statuam B. V. Romam, & Romam iterum Paderbonam tulit. In reditu vero haud procul ab urbe, Statuam, quam quietis causa parumper deposuerat, levare nulla arte amplius potuit. Edificatum ibi templum. Et hæc est Statua illa, apud quam P. Athanas. Kircherus duplici malo una nocte liberatus est, incurabilis ifora, & hernia. H. 2. f. 97.

Statua B. V. Tugrensis de calo allata, ter aut quater ex horro toparchæ Hectozis ad templum parochiale toties ad hor-

tum rediit, & ultima vice ab Angelis translata inter caelestem splendorem, odorem & musicam ætherum in horro insigne templum. Ex privilegio Pontificio in hac usque tempora perseverat annua, caque nocturna processio secunda Februarii. H. 2. f. 106.

## 38. Operatur mirabiles conversiones peccatorum.

Tres et Gallia Nobiles in bello contra Saracenos capti, atque in Ægyptum deducti, ab Ifmeria Sultani filia in carcere invifuntur. Dumque illi de fide Catholica, & Beatæ Virginis patrocinio multa loquuntur, dein per Angelicas manus imaginem Beatissimæ recipiunt, & in Galliam transferunt. R. cent. 2. part. 2. mir. 30.

Insula Tansriffæ, que una est ex Canariis, imago B. V. in specu inventa, & per varia signa mirabilis, ab illis barbaris primo incognita colitur, dein cum ab uno eorum, qui a Christianis in bello caprus, ad eam Insulam redierat, inftrumentum, quid imaginis illud esset, ad fidem conversi sunt. R. cent. 3. p. 2. mir. 18.

Adane que Urbs est Ptochili conversione celebre, quem ipsa a potestate demonis liberavit. Henr. Scherer Atl. Mar. f. 5.

Juvenis Leodii impie vivens, lusu, luxu, & luxuria depauperatus, seclerati famuli consilio demoni se mancipat, Deum negat, sed non Mariam, Dein impietatem & miseriam suam agnoscens ad facellum ac imaginem B. V. confugit. Et ecce! Beatissima Dei Mater collapsam rem ita restituit, ut juvenis bona sua vendita ab emptore Capitano non tantum recuperaret, sed & poenitentia gratiam a Deo impetrat. R. cent. 2. p. 4. mir. 22.

## 39. Miraculis claret.

Haud procul ab urbe Damasco, in templo rurali, nomine Sadaneia, in lignea tabula picta est B. V. imago, que oleo odorifero manat, de quo oleo Christiani, Saraceni, & Judæi a variis languoribus curabantur, oleum quantumcumque inde sumitur, nunquam minuitur.

Constantinopoli imago B. V. a perfido Judæo conspurcata, cum a Christiano a fordibus mundaletur, ex omnibus mebris olei sudorem effudit. Alia ejusmodi imago B. V. in civitate Sozopolitana olei odo-

Baron. 74.  
10. ad nat.  
870.

Pen. Beda  
de locis  
terrae san.  
113.

ratissimi liquore sudabat, quem etiam orantanti S. Theodoro Archimandrita B. V. in faciem conspersit. H. Ser. 14. f. 135. & seq. Ex eodicta fuit Imago de oleo. H. 2. f. 3. c. 1. Damasci urbe Syriæ imago B. V. oleo fluit, quod passim per orbem morbis medebatur. H. 2. f. 6.

Florentiæ Imago B. V. Annuntiata, dum pictor obdormiscit, facie Angelicis manibus efformata, perficitur. Hodie dum multis miraculis coruscet. H. 2. f. 33.

Constantinopoli dum ab Iconoclastis imagines comburantur, imago B. V. ex igne in altum evolat, & in sinum Catholicae feminae decidit. Dein Patavium in templum S. Justinae translata ibi miraculis fulget. H. 2. f. 39.

Ripæ in Tyrolis rusticus currum agens, & illo filiolium vehens, hunc dum cursum in lapidem impegerat, e curru excussit, & obervit. Ubi vidit filium mortuum, cum lacrymis B. V. cujus imago pone in columna stabat, supplex factus filium sanum recepit. H. 2. f. 81.

Bambergæ in apice montis silvestris inventa B. V. Statua. Dum in radice montis illi facellum paratur, materia edificationis noctu una cum laboratoribus in fumo ad apicem montis transferuntur. Hæc Statua dein, ubi in monte intepuit devotio, Bambergam translata, oleo salutaris fluxit. H. 2. f. 86. seq.

Circovite aservatur imago lapidea B. V. sex pedes alta, quam S. Hyacinthus irruptioni Tartarorum una cum Sanctissimo subduxit, & manibus transflumen portavit. Menolog. Dominic. N. 16. Aug.

Imagines B. V. in igne non læduntur: eorum illis cerei Divinitus accenduntur: sanguinem prodigiose sudant: depictæ in muro ultro moventur: Lapidea sonant aquis, &c. Bagatta L. 1. c. 1. §. 5. n. 7. & seq.

## EXCELLENTIÆ B. V.

Quoad corpus,

40. Pulchritudo eius maxima, & admiranda.

Sanctus Dionysius Athenis usque Jerusalem proficiscitur, ut B. V. videret, vidit, & ad S. Paulum scripsit, crediturum se quod Deam vidisset, nisi fides contrarium doceret. B. Ser. 5. n. 45. H. Ser. 22. in Exord.

Sicut lucerna crystallina, ut ex se pulchra, tamen si lumen inferatur, si le-

didior est; ita B. V. cum concepit Deum pulchra facta est pulchritudine Divina. M. conc. 21. aff. 2. n. 3.

Sicut Deus pulcherrimus est per naturam, ita Maria per gratiam. Corn. 2. Lap. in Cant. 1. fol. 69.

Clericus quidam libenter oculos perdit, ut possit videre Mariam. Lohner Bibliothec. Verbo Hyperulia §. 4. n. 34. Calamat. Mar. fol. 18.

Antequam Maria Mater Dei facta est, mirabundus dixit Deus: *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es.* Ubi insignis auctor: *Si tam pulchra, quia amica, quam erit pulchra, quia Mater? si admirabilis eius creatura? M. conc. 11. aff. 2. n. 2.*

Si Moyses ex confortio, & alloquio Dei splenduit, quid B. V. ex perpetua conversatione? lb. n. 4.

*Nihil tam excellens fecerunt opera digitorum Dei, ut est Virgo Dei Genitrix, cujus est pulchritudinem sol, & luna mirantur.* Ait Petrus Damiani. M. conc. 32. aff. 1. n. 3.

*Pulchra es amica mea: ubi Rupertus. 8. p. 13. O pulchritudo admirabilis, quam si admiratur pulcherrimus auctor pulchritudinis.* Apud Manincor. f. 69.

Pulchritudo Mariæ debuit esse proportionata Maternitati: sicut ergo Maternitas fuit dignitas excellentissima, ita & pulchritudo eius fuit maxima. Calamat. Mar. Ser. 1. a. fol. 4. seq. Hinc ait Richardus a S. Victore: *Tota pulchra dicitur, quia pulchra facta, & pulchra mente fuit.* lb. f. 7. Connaturale est caulis generare sibi simile: ergo Christus fuit similis Matri: sicut ergo Christus omnes homines veniuntate excellit, sic & Maria, ait Albertus Magnus. lbid. fol. 9. Figuratum debet quoddammodo superare figuram; cum ergo Veteris Testamenti femina pulcherrima, uti Rebecca, Rachel, Esther fuerint figura Beatissimæ, sequitur, quod hæc omnes alias venustate superarit. lb. fol. 10. Sicut Sexus picturus imaginem Junonis ab omnibus puellis singularem pulchritudinem commendavit, eaque omnes in imagine Junonis collegit: ita ait Gualtherus Parisiensis: *Pulchritudo quælibet reperita in creaturis omnibus tota colligitur in beatam, & pulcherrimam mulierum.* lb. f. 21. Sicut igitur insigne aliquod artificium commendat Magistrum: ita Maria factorem suum Deum, qui in illa tantam perfectionem collocavit. lb. fol. 14.

Cur Christus non emisit Matrem ad evangelizandum sicut Apostolos? Quia facile

potuisset error contingere, cum illa ob suam pulchritudinem Dea fuisset credita. lb. fol. 16.

VAntonice vana mulier diu ad speculum se exornans interrogavit ancillam: Nunquid valde pulchra sum? Reposuit ancilla: Pulcherrima es, ita ut nec Dei Matrem talem fuisse credam! complacuit mulieri laus; sed ut in templum venit, omnibus leprosa apparuit. Unde humiliat didicit. H. 2. f. 126.

41. Extinxit in aspicientibus libidinem.

*Sicut liliolum inter spinas, quia alia pulchritudines spinæ sunt, pungunt aspicientes, sed Maria temper ad pudicitiam allexit.* M. conc. 11. aff. 2. n. 5.

Ioseph in Ægyptum cum Maria abiens non cautelam illam adhibuit sicut Abraham: *Dic, ut soror mea sis;* quia Maria neminem ad impudentiam traxit aspectu. M. lbid. n. 6.

Joannes Gerson ait: *Physiognomia Virginis movebat aspicientes ad omnem castitatem, & luxuriosas extinguebat cogitationes.* S. Bonaventura testatur: *Cum esset pulcherrima, tamen a nullo unquam fuit viro concupita.* Calamat. Mar. fol. 20. Aharum Virginum etiam sanctarum venustas fuit sæpe occasio concupiscentiæ, & Martyriorum; sic S. Catharina amata fuit a Maxentio: S. Agnes a Prædixis Simpurii filio: S. Agatha a Quintiliano: S. Lucia a Paschasio &c. Verum de Beatissima ait Dionys. Carthusianus: *Inuentium corda hæc penetravit sua inestimabili castitate, quod a nullo potuerit concupisci.* Profecto alia forma fuerunt spinæ, forma Maria fuit liliolum. lb. f. 21. Iosephus in Ægyptum itinerans non eam cautionem cum Maria adhibuit, quam Abraham cum Sara, videlicet, ut illa se forem, non uxorem diceret: quia ex aspectu Mariæ nulla libido erat meruenda sicut ex aspectu Saræ. lb. f. 21. seq.

Lutherus, quia fuit impudicissimus, dicere solebat: Nullum festum magis odi, quam festum Immaculate Conceptionis, quare? quia purissima Virgo humiliter invocata extinguit, vel compescit furorem libidinis in exorantibus se; testatur enim Pudentissimus Joannes Avila Christianæ perfectionis Magister, eos qui importunitis carnis stimulis infestantur, stardentes preces in honorem Immaculate Conceptionis ad Deum fundant, a libidinis igne certo liberandos esse, igitur illi, qui importu-

nis tentationibus hac ex parte infestantur, affuecant sanctæ illi precationi, cuius efficaciam multi experti sunt, & hodie dum experiuntur: *Per sanctam Virginitatem, Immaculatam Conceptionem tuam, Purissimam Virgo, emunda cor, & carnem meam, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

Beatissima Virgo in terris existens omnium in se rapuit oculos & admirationem, quia fuit pulchra pulchritudine Divina. S. Joseph non cognovit eam, quia, ut ait S. Vincentius Ferrerius, velut purissimum crystallum Divinitatis in utero latentis radios emittebat, &c. Si ergo tam pulchra fuit in terris, quæ erit in caelis? Calamat. Mar. f. 17. Objectum quasi beatificum in caelis, post Deum, erit Maria, cujus aspectu Beati nunquam saturantur. Aliquis Clericus libenter perdit utrumque oculum, modo sibi intueri liceat venustatem Beatissimæ. lb. f. 18. & seq. E. Verbo Maria n. 33. Vid. tit. Excellentia quoad animam.

Beatissima Virgo non solum anima, sed & corpore assumpta est in caelos: cum enim S. Thomas Apostolus, eo tempore, quo in morte B. V. omnes Apostoli ex toto orbe terrarum sacrum Hierosolymam congregati, sero venisset, cum lacrymis petiit, ut sepulcrum B. V. ad videndum Ven. eius corpus aperiretur. Aperitum est, sed non inventum eius corpus, sed tantum lineam cum incomparabili odore. Ex quo patuit, B. V. anima & corpore tenus fuisse assumptam in caelos. H. Ser. 8. per totum.

Beatissima Virgo Maria in terris conversata eminenter habuit in se sanctitatem omnium Sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & Viduarum: igitur etiam omnium eorum gloriam habet in caelis, ita ut etiam Angeli mirantur eius glorie excellentiam, quia licet sol omnia lydera, ita illa omnes Sanctos transeundit, dicentes: Quæ est ista, quæ progreditur sicut sol, pulchra ut luna &c.

## EXCELLENTIÆ B. V.

Quoad animam.

43. Fuit preservata a peccato originali.

Ute id asserit ex Sacra Scriptura, SS. Patribus, Theologis, Canonistis,



vaticinīs, ac rationibus apud M. conc. 4. per totam. Item conc. 39. aff. 1.

Lege statutum est, quod Imperator ea privilegia, quae ipse habet, concedat Augustis: sicut ergo Imperator calorum Christianis immunitis fuit a peccato, ita & Imperatrix celsa Maria.

Quoties de alicujus libertate judicatur, semper in libertatis favore sententia proferenda est. Sed in hac controversia delibere, & immunitate Virginis agitur: consequenter illa libera & immunis pronuntianda est.

Dominium duorum in solidum communiter improbat: ergo diabolus nunquam potuit habuisse jus in Virgine, quia Dominus Deus possedit illam in initio vitarum suarum. Conc. M. conc. 4. aff. 1.

B. V. comparatur Arca Noe, quia sicut illa a diluvio, ita ista a peccato immunis fuit. M. conc. 4. aff. 2. n. 4.

B. V. bis dicitur pulchra: Ecce tu pulchra es amica mea, tu pulchra es, Ubi Galatinas advertit, ideo Dominum Deum bis mentionem fecisse de pulchritudine Virginis, ut ostenderet ipsam dupliciter pulchram id est puram & in conceptione sine originali, & in vita sine actuali fuisse. M. conc. 4. aff. 2. n. 7. & 8.

Neque dicas: Beatam Virginem tali modo non fuisse redemptam; fuit enim redempta longe excellentiori modo, nempe per preservationem: quod autem preservatio proprie fit redemptio, patet ex Psalmista: Redemisti servum tuum de gladio maligno. Ubi Cassiodorus advertit: Intellegendus est de gladio Goliath, non quod vulneravit eum gladio suo prius Goliath, sed quia preservavit eum Dominus de tali gladio. M. conc. 4. aff. 2. n. 10.

B. V. frequenter comparatur Cedro Libani, cur non tantum quia lignum cedrinum non verminat, sed etiam ideo, quia contra serpentes valet: audiamus S. Bonaventuram: Ideo Beata Virgo frequenter Cedrus Libani comparatur, quae serpentes fugat, & occidit, quia ipsa statim in sua conceptione contrivit Draconis caput. In hunc sensum a Deo dictum est primitus: Inimicitias ponam inter te & mulierem: Quomodo autem inimica esset Virgo hygro serpenti, si quidem illi aliquando amice consenserit? M. conc. 4. aff. 3. n. 2. 5. & seq.

Cum S. Ildephonsus in templo S. Leocadiae Sacrificium Mille faceret, S. Leocadia et tumulo surrexit caelesti ornatum insignis, eique gratias egit quod Immacu-

Gal. 1. 3. n. 5.

S. Bonav. ser. 2. de seraph.

latam Conceptionem B. V. strenue defenderet. In ejus rei signum S. Ildephonsus fuit de velocapitis ejus abscedit. Sanchez 6. part. c. 5. f. 739.

Conveniens erat, ut Angelorum Domina non esset Angelis puritate inferior: hinc S. Anselmus: Decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo niteret. Calamat. Mar. Ser. 3. n. 4.

Franciscus Muletus Minorensis in agro Barcinonensi Canonicus, in ipso templo pugione confossus reviviscit, & hanc veritatem publice asserit. T. n. 62.

Vide Paoletti in Festo Conceptionis B. V. in Adventuali.

44. Fuit opus Dei perfectissimum.

Deus in Beatissima omnes creaturarum excellentias adunavit: ita Joannes Damascenus: Oportebat Dei Matrem, ea quae sunt Filii possidere: Filius res omnes condidit. Matrī in servitum addixit. Calamat. Mar. Ser. 3. n. 1.

Ab aeterno destinata fuit, ut omnium creaturarum excellentias superaret; hinc dicitur una est columbama, perfectissima. Joannes Damascenus hac de causa exclamavit: Te Deus rerum omnium digniorem praesens amavit, amatam praedestinavit. Calamat. Mar. Ser. 3. n. 2.

Moyfes aureum vas preparari iussit ad conservandum Mannam, ideo vas illud tam pretiosio cibo proportionatum esse debuit, Parem in modum, quia Maria Deum concepit, debuit habere proportionem ad tantum filium, & consequenter perfectionem maximam, &c. Calamat. Ser. 6. f. 87. &c. In omnibus creaturis, ut in Angelis & hominibus Deus exhibuit suam potentiam, sed in Maria quodammodo exhaustit, quia Majorem Matrem facere non potest, prout ait Doctor Angelicus. Calamat. Ser. 6. f. 89. Angeli tantum sunt perfectionis, ut cum inferioribus creaturis comparari non valeant: cum igitur Maria fit constituta Regina Angelorum, non est dubitandum, quod omnes Angelorum perfectiones emittenter complectatur, &c. Calamat. Ser. 6. f. 89. & seq.

S. Bernard. ait: Quod vel mortalium paucis constar fuisse collatum, fas certe non est privari, tanto Virgini esse negatum. Ex quo sequitur Mariam possedisse perfectiones & dona omnium creaturarum, &c. Calamat. Ser. 6. f. 97.

S. Hieron. Ceteris per partes, Maria se tota insudit gratie plenitudo. H. Ser. 27. f. 97. Deus

S. Damasc. ser. 2. de Nat. Virg.

S. Ber. 4. ad Pab. lam & 2. ult. de

Deus

Deus creavit, & possedit B. V. utpote Christi Matrem quasi principium vitarum, id est, operum suorum; quia Mater non fuit disjuncta a Filio etiam in electione Divina. Igitur ab aeterno fuit praedestinata 1. ut esset principium, id est, prima Princeps & Domina omnium operum Dei. 2. Ut esset idea sanctitatis, juxta quam Ss. Angeli, Apostoli, Martyres, Confessores, & Virgines suam efformarent. 3. Principatum gratiae & gloriae ei decrevit, ut esset Regina & Domina creaturarum. 4. Ut Deum fecit primitivas operum suorum; hinc Rupertus eius Nominē: Priusquam nascerer, Deo praesens adoram: Elegit me ante mundi constitutionem, ut essem sancta & immaculata in conspectu eius. Et S. Bonaventura: Quidquid post Deum pulchrius, quidquid dulcius, quidquid jucundius est in gloria, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam est. C. Prov. 8. v. 22.

Rupert. in op. Cant.

S. Bonav. in spec. 2. p. 2. c. 6.

Joan. Da. nascere, 2. ad Jo. 1. 12.

45. Ejus gloria post Deum maxima.

Deus Angelis in primo creationis instanti Christum ex Virgine nascenturum revelavit, & statim illum tanquam Dominum suum adoravit: consequenter etiam Matrem Dei ut talem venerati sunt. Calamat. Mar. Ser. 3. n. 3.

Omnium Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, Hominum & Angelorum gratiam & gloriam in se complectitur; quia hanc fidelibus copiose communicat: Haec est voluntas Dei, qui totum populum voluit per Mariam, ait S. Bernardus. Andreas Cretenensis inquit: O Sanctissima, & Sanctissimae, & omnis sanctitatis sanctissime thesauri. S. Chrystost. vocat incomparabiliter gloriosorem, quam Seraphim. Sic passim loquuntur alii sancti Patres. C. Prov. 8. v. 18. Et Prov. 31. v. 29.

S. Ber. Ser. de Nativ.

And. Creten. de doctr. Virg.

Solo Deo excepto, cunctis superior existit, ait S. Epiphanius. Ratio est, quia B. V. colitur ut Mater Dei, quae est dignitas immensa omnes alias longe transcendens. C. Prov. 31. v. 29.

Quomodo modum speculum, quod solis radios capit, tanto splendore sicut ipse sol luceat, ita ut humanus oculus inter speculum illustratum, & solem illustrantem discernere non possit. Ita B. V. immensa Filii pulchritudine, quam omnem in se resorbet, tanquam Divino fulgore resplendet. Ss. Dionys. Areopag. de Maria in terris ambulante dicere est ausus, se Deam illam fuisse crediturum, nisi fides sibi obstisset, quanta nunc in caelis erit illius gloria?

Deus

46. Habuit donum miraculorum.

Quoties B. V. in Evangelio legitur fuisse locuta, toties splendens contigit miraculum: Quoties salutaris Angelo respondit, Fiat mihi secundum Verbum tuum, eo ipso instanti incarnatus est Dei Filius: Quoties salutaris quibusdam sanctificatus est Joannes: quando querebat Filium in templo inveniens: Filius quid fecisti nobis sit; Deus subditus est creatura: Quando in noctis intercessit, vinum ex aqua factum est, &c. Calamat. Mar. Ser. 3. num. 14.

Ipsa Virgo fuit miraculum miraculorum Dei: pra omnibus collibus fuit mons in vertice montium, quia ut ad conceptionem Verbi pertingeret, meritorum verticem super omnes Angelorum choros usque ad solium Delitatis erexit, ait S. Damascenus. Ideo fuit idea sanctitatis omnium Sanctorum; illa enim habet puriorem Virginitatem, quam omnes Virgines, majorem scientiam, quam omnes Doctores; fortis patientiam, quam omnes Martyres; clarior lumen prophetiae, quam omnes Prophetae; ardentis zelum, quam Apostoli; denique sanctitatem majorem, quam omnes Sancti. Ceteris datur gratia per partes, Maria vero tota gratiarum plenitudo infunditur. C. Prov. 8. n. 25.

B. V. vocatur negotium omnium saeculorum, Primo passive & objective; quia ad ipsam tendunt omnia saecula, ut ad eam ormandam & coronandam laborando concurrant. Secundo etiam active, quia ipsa est negotium, id est, negotiatrice apud Deum pro Fidelibus cujusvis saeculi; ita enim cordi habet cujusvis salutis negotium, ac si sua propria resageretur. C. in Prov. 31. v. 18.

47. Est perfectior in gratia quam omnes Sancti.

Beatissima habuit omnes Sanctorum gratias, dignitates, laureolas, habuit gratias antecedentes, consequentes, disponentes, gratificantes, sanctificantes, & glorificantes: unde S. Basilus: Universa, quae in mundi ambitu continentur, cum Virginis dignitate comparari non valent. Sicut velut Gedeonis rore cali maduit reliqua terra non madefacta: ita ceteri Sancti videntur aridi respectu Virginis caelestis donis repletā. Calamat. Mar. Ser. 2. fol. 28. seq.

S. Basil. Epist. Ser. 1. or. 51.

S. Bonav. in spec. q. 7.

S. Bonavent. Maria mare est gratia affluendo; nam sicut omnia flumina intrant in mare; sic omnia gratiarum genera, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & reliquorum Sanctorum influunt in Mariam. Et Albertus Magnus: Congregationem aquarum vocavit Maria: Lacus autem omnium gratiarum vocatur Maria. H. Ser. 22. f. 216.

In plenitudine Sanctorum detentio Virginis: 1. Quia meritis suis transcendit merita omnium Sanctorum, cui nec fides desuit Patriarcharum, nec Spiritus Prophetarum, nec Zelus Apostolorum, nec constantia Martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec castitas Virginum, nec facultates conjugatorum, nec puritas Angelorum, ait S. Bernard. 2. Sicut habuit plenitudinem gratiæ, ita etiam habet plenitudinem gloriæ omnium Sanctorum. Hinc exclamat Andreas: Creatus: O Sancta Sanctis sanctior, & omnis sanctitatis sanctissime thesaurus.

And. Cr. de dorm. vita.

B. V. in primo creationis instanti majorem habuit gratiam, quam supremus Angelus, hanc gratiam dein singulis momentis dupliciter & centuplicavit, ita Deus plus illam amet & æstimet, ita Deus plus illam simulet, quam omnes Sanctos simul sumptos. C. Luc. c. 1. v. 27.

Fundamentum eius in montibus Sanctis, quia initium Mariæ plus placuit Deo, quam finis omnium Sanctorum. M. conc. 11. aff. 1. n. 3.

B. V. etiam dormiens merebatur, & ideo singulis momentis in immensum augebat meritum. M. ib. n. 4. Calam. Mar. Ser. 3. n. 9.

Vocatur foror nostra parvula; quia micocofonus est, qui continet perfectiones omnium Sanctorum. M. ibid. n. 6.

Omnia flumina intrant in mare: ubi S. Bonavent. ait: omnia clarissima intrant in Mariam: flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum: flumen gratiæ Apostolorum, & Martyrum &c. M. conc. 11. aff. 1. n. 9.

S. Bon. in spec. 112.

Erit in novissimis diebus preparatus mons Domus Domini in vertice montium. Per montem autem superiorum Sancti & Sanctæ Dei, per montem autem superiorum montibus intelligitur Beatissima Virgo, quæ omnes Sanctos superat meritis. Nam ut docet S. Augustinus, illa per unicum actum amoris, & speciatim per illum actum Refignationis: Fiat mihi secundum Verbum tuum, plus meruit, quam omnes Sancti. Calamat. Mar. Ser. 2. f. 25.

Beatissima Virgo, quia fuit vas immense capacitatis, utpote quæ illum complectebatur, quem cæli & terra capere non possunt, ideo etiam immensa fuit gratia,

qua plena erat. Hinc in gratia superavit omnes Sanctos. In plenitudine Sanctorum detentio mea, ait, quia habuit eminenter omnes virtutes, prerogativas, ac privilegia Sanctorum. Gratia plena appellata est, ait S. Athanasius, utpote, quæ omni gratia abundat. Maria mare vocatur; sicut enim mare omnia flumina recipit, & non redundat; ita Maria omnium Sanctorum, & Angelorum charitativa complectitur: Quidquid est, minus est Virgine, solus Opifex opus istud supergreditur. Ib. f. 27.

S. Athan. Ser. de S. Despat.

S. Per. Dam. Ser. de Nat. 2. p.

48. Illius dona, ac gratiæ sunt incomprehensibiles.

Angelus ad Mariam dixit: Ave gratia plena. Quam hanc est plenitudo? respondeo, ex capacitate debet desumi: quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti; capacitatis ergo, & gratiæ immensa fuit. M. conc. 11. aff. 1. n. 7.

S. Bernardus Sen. ait: Tanta fuit perfectio Virginis, ut soli Deo cognoscenda relinqueretur. M. ibid. n. 8.

Ne quare, cur sancti Evangelistæ vitam Virginis non descriperint: nam S. Thomas ait: Quia Virginis gloria magis cogitari poterat, quam describi. M. ibid. n. 9.

Ipse sacratissima Virgo suam perfectionem, & gratiarum dona explicare non potest, hinc quasi abruptim tantum dixit: Fecit mihi magna &c. M. ibid. n. 10.

Imo ipse Deus vix explicare posse videtur magnam suæ Matris perfectionem, ideo ait: Secretum meum mihi. M. lb. n. 11.

Dum Deus creavit hominem, dixit: Faciamus hominem ad imaginem nostram: sed in creatione Virginis dixit Sanctissima Trinitas: Quid faciamus forori nostre? ubi Card. Hugo: Hæc querit sanctissima Trinitas, non dubitans, sed exaggerans, quasi dicat, magna faciemus ei. M. lbid. n. 11, & 12.

Dominus possedit in initio ovarium suarum. Cur dicitur Dominus, cur non Deus? Respondeo, quia Deus, dum operatur ut Deus, certis legibus stringitur, quia ipse sibi posuit. At ut Dominus nulla lege ardeatur; dicitur itaque Dominus possedit me, ut indicetur, Deum modo profus illustrato Virgini contulisse privilegia: Erat formata ex carne, sed absque fomite: erat infans, sed cum usu rationis: Erat secunda, sed absque violatione: erat incorrupta, sed sine sterilitate: erat grævida, sed sine onere, erat pulchra, sed sine offusculatione videntium, erat moribus...

S. Ber. Sen. 7. 3. Ser. 6. n. 1. 11.

bunda, sed sine cruciatu, erat mortua, sed sine putrefactione &c. Segn. Manna 8. Sept. n. 2.

Beatissima Virgo nomine suo merito vocatur Maria, id est Domina maris; quia habuit plenitudinem sufficientiæ, quæ reddidit Virginem plenam in se. Plenitudinem abundantiam, quæ reddidit plenam proficere, & pro aliiis. Plenitudinem excellentiæ, quæ reddidit plenam in se, plenam pro aliiis, & plenam super omnes alios simul sumptos, &c. Segn. Manna 17. Sept.

Deus est infinite potens, infinite sapiens: & tamen dicit S. Bernardus Senensis: Nec potentiora, nec sapientiora Deus facere potuit, quam quæ in Virgine fecit. Calamat. Mar. Ser. 2. f. 30.

S. Thomas ait: Beata Virgo ex hoc, quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod Deus est. Calamat. Mar. Ser. 3. n. 12.

Eni. 2. S. Aug. in exp. Cant. Ma. 5. n. 1.

Fecit mihi magna qui potens est. Supra hæc verba querit S. August. Quæ tibi magna fecit, O Domina! & respondet: ut creatura ederet creatorem, ut per te mundum Deus redimeret. Propterea facta est Regina cæli & terræ, & data est illi omnis potestas, &c. Calamat. Mar. Disc. 4. f. 56.

S. Ant. p. 4. n. 15. 4. 14.

S. Antonius: Maria interpretatur mare, quia sicut nullus valet gustas maris diminuerare; sic Misericordiam, gratiæ excellentiam, gloriosaque Maria nullus valet exprimere. H. Ser. 22. f. 216.

49. Est præ omnibus creatis Deo simillima.

Andr. M. de sol. orat. 2. de Asp. sumpt.

Beatissima Virgo, teste Andrea Hierosolymitano, est depicta archetypi Divini imagi. Nam primo, sicut Deus Rex est omnium creaturarum; ita Maria Regina. Secundo, sicut Deus est potentissimus; ita Maria data est potestas in cælo, & in terra. Tertio sicut Deus est immensus; ita donorum immensitatem in Maria nemo potest comprehendere. Quarto sicut Deus est pulcherrimus; ita Mariæ pulchritudinem sol & luna mirantur. Quinto sicut Deus Misericors est; ita Misericordia Mariæ non est finis aut numerus. Sexto sicut Deus est fons & origo omnium bonorum; ita de plenitudine Mariæ participant omnes creature. Septimo sicut Deus est sanctissimus; ita Maria est Sanctissimior, & sanctitatis thesaurus, &c. Calamat. Mar. Disc. 4. f. 52. & seq.

S. Ber. Ser. 2. supra ad Luc.

Christus figuratus fuit per arcam testamenti, & Maria per illud exemplar arce, quod Moysi in monte monstratum est; fuit enim Filio suo simillima. Illius nam D. Claus. Spic. illustret. Paris. l.

titivas ab Angelo nunciatur, fuit ab omni peccato immunis, in templo presentata, ab Angelis nutrita, est advocata humani generis &c. aliaque habet dona, in quibus cum Filio convenit. Calamat. Disc. 4. f. 60. & seq.

Eccl. 24.

In plenitudine Sanctorum detentio mea: ait de sancta B. V. Quid vult dicere? Nota! sancti in callosoruscant sanctitate sua characteristica: Patriarchæ excellent in fide, Prophete in spe, Apostoli in caritate, Martyres in fortitudine, confessores in virtute austeritate, Virgines in castitate. Vult ergo dicere Beatissima de se, quod omnem hanc plenitudinem sanctitatis in se continet, & proxima ad Deum accedat, &c.

PATROCINIUM B. V.

50. Neminem se invocantem respuit.

Sanctus Bernardus ait: Ille sceler, o Virgo, tuas laudes sicut, qui te fideliter invocant sentit unquam in suis necessitatibus sibi desuisse. B. Ser. 75. n. 6.

Nescirem quoniam refugerem, ait iterum Bernar. In me totum Mariæ gratiæ commendarem. S. punct. 131. fol. 414.

Rebecca non tantum famulo Ifaac, fed & camelis potum dedit: sic Maria suam clementiam invocantibus impendit cum abundantia. M. conc. 18. §. 3. n. 3. fecit.

Maria omnibus omnia facta est, ait S. Bernardus, omnibus misericordie fontem aperit, omnium necessitates antipissimo quodam miseratur affectu. H. Ser. 28. f. 276.

Maria dicitur velita esse duplicibus, id est, caritate Dei & proximi: unde sicut ad Dei, ita & ad proximi obsequium semper parata est, cupitque eadem duplici veste ornare sibi devotos: fed opus est, ut Mariæ virtutes amplemur, juxta illud: Mariæ induite, quæ totus diligit eam. C. in Proverb. 31. v. 21.

Lex clementiæ, id est, pietatis affectus, & beneficentia in lingua eius; quia fuit, & est clementissima: Mansuetissima fuit per S. Bernardus lenitatem patientissimam contra omnem adversitatem, ait S. Bonav. C. in Prov. 31. n. 26.

51. Invocantes se velocissime exaudit.

B. V. sepe comparatur velociter: quia hic Planetæ omnibus aliis velocior est circuli. Ita B. V. &c. B. Ser. 81. n. 7.

Duo ubera B. V. dicuntur hianuli, quia uno pulvis gratiam, altero cis veniam velocissime impetrat. M. conc. 39. §. 3. n. 6.